



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Svrreptionis Gratiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

tuarius, & Ecclesia est Domina, textus est formalis in cap. si quis sanè, quod est fin. & ibi per Doct. extra de pecul. cler. tex. in cap. res Ecclesie in cap. expedit. in cap. priuatum 12. quest. 1. bonus textus in cap. Episcopi de rebus eadem causa, & questione ubi probatur, quod acquisita de bonis Ecclesie sunt in prouisione Ecclesie, notat expressè Innocent. in cap. indecorum extra de etat. & qualit. & expressè glos. & ibi per omnes scribentes in cap. final. quod incipit presenti de offic. ordin. in 6. tenet expressè Bald. in consil. 313. incip. pramittendum est ad euidenciam in secundo volumine: mortuo igitur prelato, Ecclesia remanet

3 Domina, & vltus fructus predictus extinguuntur, & cum proprietate consolidatur, iuxta text. in §. finitur institut. de usufruct. & in cap. fin. extra de pign. taliter, quod Ecclesia continuat dominium, quod viuente prelato habuerat, & ideo dicebat Ioannes Andr. in capitulo cum officiis columna secunda, versicul. sequitur extra de testament. quod mortuo prelato, si talia bona occupentur per heredes prelati, vel alium, Ecclesia non agit contra occupatorem crimine expilatæ hereditatis, sed agit actione furti vi bonorum raptorum, rei vindicatione, vel alijs actionibus Domino competentibus, quia Ecclesia dicta bona vendicat non tanquam heres, sed tanquam domina, & ad hoc accedant notata per Doct. & maxime per Panor. capitul. 1. in princip. extra de solution. notat differentiam inter successorem in beneficio, & heredem, qui dicit, quod successor in beneficio ius consequitur a superiore, & non a defuncto, secus est in herede, ut ibi per eum, & hoc de plano procedit respectu bonorum, vel pecunie, quæ remanserunt post mortem prelati, respectu autem actionis competentis pro rebus, vel pecunijs Ecclesie debitis, similiter est expeditum, quod actiones sunt taliter acquisitæ per Ecclesiam, quod prelatus habet exercitium dictarum actionum, ita quod actiones directe sunt penes Ecclesiam, ita notanter dixit Innocent. quem ibi sequitur Philip. Franc. & ceteri in c. presentium de testib. in 6. & ideo prelatus dicitur procurator Ecclesie probat. tex. in cap. 2. extra de donat. & propterea debet agere, vel conueniri nomine Ecclesie, & non proprio, probat text. notab. in c. olim el. 1. extra de restit. spol. c. querelam extra de elect. notant Doct. maxime Ioannes Andr. in c. ex litteris extra de probation. & in cap. edoceri ubi etiam per eundem Ioannem Andr. extra de rescr.

RESOLVT. CCCCXLI.

- 1 Licentia testandi concessa à Papa, morte ipsius Papæ re integra expirat secundum Couar.
- 2 Gratia etiam re integra, non expirat morte concedentis.
- 3 Facultas testandi non restringitur ad primum testamentum.
- 4 Prelatus vigore facultatis testandi, potest reuocare primum testamentum, & facere secundum.
- 5 Testamentum iam factum ex superueniente facultate testandi conualidatur.

Nuncius Apostolicus, an possit facere spoliū de bonis clericorum, cui concessa est facultas testandi; mortuo tamen Pontifice, qui concessit dictam facultatem.

Tota difficultas presentis articuli, de quo sapissime consultus fui, versatur presertim in eo, an facultas testandi clericis, concessa morte Pontificis expiret, & consequenter si Nuncius Apostolicus possit facere spoliū de bonis clericis, cui predicta facultas erat concessa, si sede vacante, clericus ipse decessit testatus, & pro resolutione dicebam, quod

Couar. in cap. cum in officiis num. 8. versic. quæ ratione extra de testamentis post Socin. iun. consil. 89. lib. 1. firmare videtur, quod licentia testandi à Papa, praelatis concessa morte Pontificis (re integra) expirat ea ratione, quia hic actus odiosus est, & ideo morte ipsius authoris extinguuntur.

Ipse verò contrarium verius esse ostendam ex eo, quia talis facultatis concessio fit gratia ut latè demonstrat Ioan. Mandosius de signatura gratiæ sub titul. de licentia testandi, vnde sequitur, quod gratia etiam re integra morte concedentis non expirat, etiam si solo verbo facta est, ac desuper nulla confecta sit scriptura. Gabriel de prebendis conclusione 1. presertim num. 1. & 2. cui addo Nattam in loco mox citando n. 5. & in terminis, quod huiusmodi facultas testandi duret etiam post mortem Pontificis concedentis (reprobatis expressè Socino iuniore, & Couar. ubi supra) firmat Franciscus Sarmient. de reddit. Ecclesie par. 4. versic. 2. cauendum est: predictorumque fundamentis respondet, & pro hac parte se subscribere Burlat. & Natta, qui in eademmet causa consuluerunt, ille consilio 29. lib. 1. hic autem in consilio 647. lib. 4. quam opinionem inuenio fuisse per Rotam amplexam de presenti anno 1578. & die 24. Ianuarii in vna Pientina facultatis testandi coram R. P. Domino meo de Rubeis incipient. in quadam causa Pientina versus finem, ibi quantum verò attinet ad secundam principalem difficultatem etiam Rotali decisione fuisset, sed tamen moderna methodo, iuribus scilicet rationibus, & autoritatibus reprobatur aliud dictum eiusdem Couar. ubi supra volentis, quod facultas testandi restringi debeat ad primum duntaxat testamentum, iuxta consilium Decij 512. & Socin. iun. eod. consil. 89. 1. volum. pro quo sunt, & Tiracquel. in l. boues §. hoc sermone. num. 128. de verb. signific. Burlat. consilio 3. num. 56. & Redoan. de spolijs Ecclesiasticis quest. 7. n. 18. quibus addo Gabriel. idem firmantem de legibus conclusione 2. numer. 18. ac concluditur (predictis, omnibus reprobatis,) quod Episcopus vigore facultatis testandi potest primum testamentum reuocare, & facere secundum, dummodo alia solemnitates requisitæ interueniant, ut ibi amplissimè.

Num verò testamentum, iam factum ex superueniente facultate testandi conualidetur, in qua Mandosius ubi dixi versicul. final. residet cum affirmatiua iuribus ibidem videndis.

PRAXIS SVRREPTIONIS GRATIÆ.

RESOLVT. CCCCXLII.

- 1 Gratia dicitur gratis data.
- 2 Gratia dicitur ante, & post executionem.
- 3 Tunc dicitur gratiosè aliquid fieri, quando fit mera liberalitate.
- 4 Gratia specialis quæ conceditur alicui super certo delicto.
- 5 Gratia generalis, quæ fit à Principe in latria generali.
- 6 Gratia generalis appellatur decretum gratiosum.
- 7 Gratia redditur nulla subreptione, vel obreptione.
- 8 Subreptio taciturnitas rei, quæ expressa, vel fieret, vel non fieret gratia.

Notabilia aliqua in materia gratiæ.

Pro intelligentia infra dicendorum notandum est primo, quod gratia dicitur gratis data c. gratia 1. q. 1. Alexand. consil. 7. attentius in princip. lib. 7. & ita dicitur gratia ante executionem, sicuti post executionem Gemin. consil. 65. num. 5. versic. in contrarium, & dicitur gratiosè aliquid fieri, quando fit ex mera

mera liberalitate Roland, à Valle. confil. 33. num. 7. lib. 3. & solet hæc gratia dupliciter fieri, quia aliqua est gratia specialis, prout quando alicui conceditur in specie super certo delicto, & ista appellantur literæ gratiæ, de quibus per Clarum §. fin. quæst. 59. num. 4. in fin. versic. scias autem, est & alia gratia generalis, quæ fieri solet per principem causa letitiæ, puta pacis generalis, vel causa ducendæ uxoris, aut in natiuitate primogeniti, aut quando princeps accepit possessionem Regni, vel Proinciæ, & ista gratia appellatur decretum gratiosum Clar. qui supra.

Secundo sciendum, quod hæc gratia redditur nulla ex surreptione, vel obreptione, & dicitur surreptio taciturnitas eius, quod exprimi debet, & quo expresso, vel non facta fuisset concessio, vel difficilior. Egid. Bellam. confil. 24. num. 19. in fin. Crauett. confil. 636. numero octauo, ubi quod habet locum, etiam si expressio fieret generice, & non clare, item dicitur surreptio quando tacetur aliquid, quod mouisset Papam, vel concedentem ad denegandam gratiam concessam Zabar. confil. 145. numero 4. Rom. confil. 326. numero 11. & confil. 327. numero 2. & confil. 393. in fine Dec. confil. 580. quæritur an petitio numero 4.

RESOLVT. CCCCXLIII.

- 1 Non omnia tacita, quorum expressio mouere potuisset principem, etiam ad denegandum vitiam gratiam, sed ea solum, de quibus reperitur expressum.
- 2 Non dicitur surreptio, nisi in casibus à iure expressis.
- 3 Communis stylus aliarum expeditionum attendi debet in materijs surreptionis.
- 4 Refertur opinio contraria.
- 5 Veritas occultata difficilior redderet principem ad gratiam concedendam, si exprimeretur, & quomodo intelligatur hæc regula vide num. 6.

Taciturnitas illa tantum facit gratiam surreptitiam, quæ de iure exprimenda est.

Non omnia tacita, quorum expressio mouere potuisset Principem etiam ad denegandum vitiam gratiam, sed ea solum de quibus requiritur expressio, & quæ iuris dispositione exprimi debent, vel de quibus in iure est cautum, quod eis non expressis gratiam non concessisset, Cald. confil. 10. de refer. & 1. de rerum permutatione, & 6. de præbend. Rot. decif. 32. num. 5. de rescript. in nouis Bellam. decif. 697. numero 698. Felyn. in cap. postulasti de rescript. sub numero 1. versic. declara etiam notabiliter Selua de beneficijs 3. par. q. 11. numero 48. Put. decif. 97. numero 6. libr. 2. ubi quod non dicitur surreptio, nisi in casibus à iure expressis, & Caputaqu. decif. 312. numero 3. part. 1. Mohed. decif. 7. de rescript. alias 335. & 13. de concessione præbendæ ad finem alias 315. Mandos. de signatura gratiæ tit. de absolutione ab hæresi versic. dispensatum fuerat, ubi ait ita respondisse. Rot. in vna Hispanen. portionis de anno 1541. Nauar. in Manual. capit. 22. num. 86. & deductis, & præmissis num. 48. & confil. 1. quæst. 19. de constit. & confil. ultimo de cognatione spirituali, & confil. 7. num. 3. & 4. & confil. 8. num. 2. & confil. 9. num. 3. de consanguinit. & affinit. & confil. 43. num. 4. de homicidio, & confil. 3. num. 7. de rectoribus Mascard. de probat. conclusio 846. numero 2. & in idem recidit quoque quod tradit Sarmient. lib. 1. selectarum capitul. 9. solum esse narrandum quod de iure præstat impedimentum, & est glos. in clem. 1. de præbendis verb. alteri, quam sequuntur plures relati per Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 201. numero 26. & idem est in his, quæ ex stylo curiæ exprimi debent, vt per Menoch. ibi num. 27. Mascard.

supra numero 8. Rot. in d. Burgen. decimarum 16. Februarij 1590. ubi quod communis stylus aliarum expeditionum attendi debet in materia surreptionis. Felyn. in cap. in nostra 2. com. de rescript. Castador. decif. 22. num. 14. de præbendis, & Abulen. Parochialis sancti Thomæ supra adducta præcedenti post cap. 1. num. 77. ubi alia citantur, & in Salamantina dimidia portionis infra adducta vndecima parte capitul. ultimo dubio 8. numero 242.

Quamuis Couar. libr. 1. variar. cap. 20. numero 5. versicul. verum vt his contrarium teneat, nempe taciturnitatem earum qualitatum, quarum expressio nem ius nominatim non exigit, tunc demum obesse Principis concessioni cum eis sibi significatis petitum minimè concessisset, & dixit Rota in vna Calaguritana iurisdictionis 8. Aprilis 1585. coram D. Rubeo sequitur Menoch. supra numero 27. dicens, quod licet tunc nuda surreptio verè dici possit ex parte impetrantis, inspecta verò persona concedentis surreptio dici potest, quia si illa cognouisset non concessisset, & Guttier. canon. qq. lib. 2. cap. 15. num. 51. etiam quando veritas occultata si exprimeretur difficilior Principem redderet ad concedendum, dummodo difficultas ista sit conformis iuri communi, vel ex causa ista debita, & non ex affectu, vel ex alia causa exorbitanti odiosa, & minimè considerabili, vt num. 29. ait, ad Mandos. in regul. 31. Cancell. quæst. 9. num. 10. & q. 11. sub num. 4. & Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 21. & Rebel. de oblig. iustitiæ 2. part. lib. 3. quæst. 5. num. 25. ait, quod si aliquid subiceretur, quod si exprimeretur magnopere, & euidenter difficilior redderet gratiæ concessionem, inualida censetur gratia, iuxta prædictam doctrinam est accipiendum quod Rot. decif. 21. de præbend. in nouis numero 5. ait quod non omnia tacita reddunt gratiam surreptitiam, sed illa solum quæ vel sunt expressa in iure, vel in non expressis, illa, de quibus est verisimile de iure, & in iure, quod si Papa illa sciuisset nunquam gratiam concessisset.

RESOLVT. CCCCXLIV.

- 1 Surreptio vitiat gratiam.
- 2 Clausula motu proprio, &c. non extendunt dispositionem ad maius præiudicium, quam sit expressum.
- 3 Surreptio non potest saluari per clausulam de plenitudine potestatis, &c.
- 4 Non sufficit generalis, & obscura expressio, vt concessio à surreptione saluetur.
- 5 Neque per istam clausulam ex certa scientia, &c. derogatur iuri filiorum.
- 6 Ista clausula operatur scientiam per modum fictum.

Surreptionem non saluat generalis, & obscura expressio.

Certum est in iure surreptionem vitare gratiam, & hoc pronenit ex defectu intentionis iuxta communem opinionem, quam pluries sequuta est Rota Romana in decif. 525. parte prima in Nouissimis defectus intentionis probatur, si expressio limitata fuit, ita quod multa tacita sunt, nam in non expressis intentio deficere dicitur cap. susceptum de rescriptis lib. 6. cap. cui de non sacerdotali de præbend. 6. Rota decif. 532. n. 2. par. prima in Nouissimis.

Hæc clausule motu proprio (item ex certa scientia) item (& de plenitudine potestatis) non extendunt dispositionem ad maius præiudicium, quam sit expressum Sarnen. super regula de iure quæsito quæst. 1. num. 2. & quæst. 4. num. 7. Alex. conf. 37. in fin. volum. 1. Socin. iun. in conf. 65. numero 6. & 7. volu. 2. Ideo non operatur contra proprias filias, de quibus nulla mentio

mentio facta est Iaf. in l. Gallus §. & quid si tantum num. 104. Parif. num. 117. Bolognet. num. 232. verf. quod procedente, & num. feq. fi. de liber. & poftum. Curt. fen. conf. 13. num. 22.

3 Nec furreptio faluari poteft per claufulas (plentudine poteftatis) aut per claufulam (non obftante) Oldrad. in conf. 81. cum aliis per Crauett. in confil. 68. num. 3. & 6. Bald. in auth. hoc inter liberos nu... C. de teftam. Parif. conf. 23. num. 153. volum. 1. Dec. in conf. 606. in fine Decian. in confil. 117. num. 53. & feq. vol. 4.

Vnde deueniendo ad cafum propofitum dico, quod
4 non fufficit generalis, obfcura expreffio, vt concedit a furreptione faluetur, fed fpecificata, & clara, requiritur Grammatic. dec. 66. num. 18. & feq. Roman. in conf. 326. num. 11. & conf. 327. Curt. fen. in confilio 16. num. 26. Felyn. in c. ad audientiam il. 2. num. 18. de reſcript. Et claufula (non obftante Bulla Sixti Quinti) reſtringitur ad cafus expreſſos Bald. in conf. 141. in fin. Item per dict. claufulam non intel-

5 ligitur derogatum iuri filiorum ipſius, quibus erat quaſitum ius ex pacto, & prouidentia concedentis, & ideo non obſtat claufula (quorum tenores) nam cum tractetur de derogatione iuris filius quaſiti uſque ad tertiam generationem requirebatur illorum certa

6 ſcientia Papæ, quam non inducit d. claufula Ferret. in conf. 38. num. 2. & feq. vol. 1. Nam dicta operatur ſcientiam per modum fictum Butr. in conf. 2. alias 49. num. 5. Felyn. in cap. nonnulli num. 6. verſic. addatis primo de reſcript. dum dicit, quod Papa poteſt fingere expreſſum, & tradit Rebuſſ. ſuper concordatis in forma mandati Apoſtolici verſ. & hoc per fictionem, & propterea non ſufficit hæc claufula in conceſſione (ex certa ſcientia facta) quia cum ſcientia fit ficta, illa conceſſio dicitur facta ex certa ſcientia Ferret. in confilio 35. num. 3. & fequent. lib. 1.

RESOLVT. CCCCXLV.

- 1 Litis pendentiam per ſolam citationem narrare debet impetrans iuſtitie reſcriptum.
- 2 Per ſolam citationem lis pendere dicitur.
- 3 In impetratione reſcripti expreſſiſſimè debet fieri mentio de lis pendentia.
- 4 Impetrans collegam iudici coram quo lis cepta eſt etiam litis pendentiam narrare debet.
- 5 Litis pendentiam per ſolam citationem eſſe non executam narrare debet impetrans reſcriptum iuſtitie.
- 6 Per ſolam citationem lis pendere dicitur, etiam non executam quod ſupra dictum eſt.
- 7 Impetrans reſcriptum iuſtitie narrando litem calumnioſè reſcriptum eſt ſurreptitium.
- 8 Si per ſimplicitatem, vel ignorantiam non fiet mentio de lite pendente reſcriptum adhuc erit ſurreptitium.
- 9 Non facta mentione de litis pendentia, & conceſſo reſcripto cum claufula motus proprii ſemper eſt ſurreptitium.
- 10 Reſcriptum impetratum a reo eod. die, quo lis inchoatur non dicitur ſurreptitium.
- 11 Longo temporis intervallo lite pendente quod quaſi ipſi liti renunciatum videatur reſcriptum impetratum non dicitur ſurreptitium etiam non facta mentione de ipſa litis pendentia.
- 12 Omifſio litis ſopitæ conuentione non vitiat reſcriptum impetratum.
- 13 Reſcriptum non dicitur nullum ob taciturnitatem litis ſuſpenſæ.
- 14 Reſcriptum cum ſuper proprietate impetratur non eſt neceſſe narrare litis pendentiam in poſſeſſione.
- 15 Lis ſuper poſſeſſione non facit proprietatem litigioſam.
- 16 Lis ſuper matrimonio non efficit illud litigioſum.
- 17 Taciturnitas pendentis litis ſuper matrimonio non vitiat reſcriptum.

18 Reſcriptum tertij non dicitur nullum non narrata litis pendentia inter alios.

19 Reſcriptum dicitur ſurreptitium tacita litis pendentia cum iudex ſe incompetentem declarauit.

20 Reſcriptum ſurreptitium non redditur ſi non narratur geſta iudicis, a quo poſt admiſſionem appellations fuit appellatum.

21 Cauſa litis non narrata commiſſa eidem iudici non vitiat reſcriptum.

22 Cauſa litis non narrata ſi in eo gradu, & ſtatu committitur non reddit reſcriptum ſurreptitium.

23 Reſcriptum ſurrogationis in lite non eſt ſurreptitium non narrata litis pendentia.

24 Reſcriptum non eſt ſurreptitium ſi futura cauſa, ſuper qualis pendet non narratur.

An ſit ſurreptitium reſcriptum iuſtitie, ſi in eius impetratione nulla facta fuit mentio litis pendentie.

R Eſpondeo quod ſic quod verum eſt etiam ſi lis cepta eſſet per ſolam citationem, illa narranda eſt, ita cenſuit gloſ. in cap. ſuper literis verſic. literas de reſcriptis, & ibi Felyn. numer. 12. idem gloſ. ibi Abb. in cap. prudentiam §. ſexta ext. de officio delegat. qui affirmarunt, quod in cauſa coram Ordinario cepta facienda eſt mentio ipſius proceſſus, nam per ſolam citationem lis pendere dicitur Clem. 1. vt lit. pend. & in ſpecie præter iam relatos tradunt Abb. decif. 220. numer. 13. & Roland. numer. 81. conf. 31. lib. 2. idem ſenſit Ruin. conf. 61. numer. 3. lib. 5. qui ex lnn. ſententia in cap. ex literis de offic. deleg. reſpondit huius litis pendentie expreſſiſſimè faciendam eſſe mentionem, id quod reſpondit Butr. conf. 2. col. p. & idem ſenſit Abb. in c. inter monaſterium numer. 24. de re iudicat. docuit, & Decius in cap. cæterarum numer. 2. de reſcriptis, & ibi hoc declarat; hoc fortius procedit etiam ſi per æquipollens exprimeretur ita reſpondit Gem. conf. 120. conſil. 1. qua tamen in re diſſentiunt Ruin. conf. 61. num. 17. in fin. lib. 5. Crau. conf. 68. num. 3. quos ego intelligo loqui cum reſcripti verba nullam aliam cauſam quam illam ipſam ſignificare poterant Abb. tamen d. cap. inter monaſterium numer. 24. poſt Hoſt. ſentire videtur hoc eſſe arbitrium.

Ampliatur primo hoc dictum vt procedat etiam
4 ſi ſolum impetratur collega iudici, coram quo iam lis cepta eſt, nam adhuc litis pendentia narranda eſt, ita affirmarunt gloſ. 2. in c. coram vbi Butr. 4. not. & Abb. colu. pen. de offic. deleg. vbi Barbatius idem ſenſit. Gemi. in c. ex literis eod. tit. quam ſententiam viſus eſt probare, & ſi ſubofcure Fel. dict. cap. cæterum num. 3. de reſcript. idem clariuſ affirmauit Iaf. in l. 2. num. 3. C. vt lit. pend. quos ego nunc ſequor reſectæ. Bald. & Archid. opinione, qui vt reſerunt Fel. & Iaf. diſſentiunt quoniam vt aiunt illi tex. dict. c. coram non probat nec etiam militat in datione collegæ illa ratio, quæ procedit cum reſcriptum reuocatorium conceditur, verum hoc admiſſo mea quidem opinione euitare non poſſant Bal. & ſequaces generalem conſtitutionem l. 2. C. vt lit. pend. quæ & hoc in cauſa locum habet, & verè conſultius eſt ad omnem euitandam diſputationem, cum collega vel adiunctus impetratur narrare litis pendentiam, & cætera omnia quæ alijs ſimilibus caſibus enarrari ſolent.

Ampliatur ſecundo, vt procedat etiam, quando
5 lis per ſolam citationem eſt inchoata quemadmodum affirmauit gloſ. in c. vt debitus verſic. dicat, ibi ſuper hoc dicas de appellat. quam ſane gloſ. ibi latè probauit Dec. n. 14. & Fel. in c. ſuper literis n. 12. de reſcript. ſcribit tamen Bald. in l. p. in fin. C. de relat. in curia Romana obſeruari ſolum litem narrari cum

cont.

contestata est, id quod intelligit Decius dict. capit. vt debitus ex stylo curiae procedere non autem de iure, cum per solam citationem lis etiam dicatur cepta sed verius Bald. male fuisse statim subijciam.

Ampliatu tertio, vt procedat fortius cum ipsa decreta citatio non dum executi fuit, nam, & tunc quo ad ipsum actorem impetratum lis pendere dicitur, illius ergo mentionem facere debet: ita respondit Ro. conf. 330. circa p. col. 2. quem secuti sunt Fel. in c. super literis num. 13. de rescript. post Rotam dec. 17. num. 4. de dol. & contum. in nouis, & decif. 6. vt lit. pendens. in nouis vbi Rot. decidit Clem. 2. vt lit. pend. locum habere in actore, qui citationem obtinuit, sed adhuc reo non transmissit cum Rom. idem etiam sentit Felyn. in c. ceterum num. 1. versic. limita decem modis de rescript. qui dum refert Bald. l. 1. c. de relationibus dicentem aliter seruari in Curia, inquit Baldi sententiam posse procedere hoc in casu sed vere nec hoc in casu vera est Bal. opinio liquidem aliter obseruat Curia Romana si credimus Bellam. decif. 544. si pendente inquisitione, & Staphileo tractat. super commiss. & literis Iustitiae §. in primis igitur n. 16. cum Rom. sentit, & Decius d. c. vt debitus num. 14. de appell. & si eo loci in annotationibus dissentiant, & male Lugdun.

Ampliatu quarto, vt procedat etiam quando lis narratur, sed calumniose, nam tunc habetur ac si narrata non fuit, respondit Bald. consil. 252. querula lib. 1. vbi inquit esse referendum fideliter, & non calumniari, quando autem calumniose retulisse dicatur iudex arbitrabitur id quod probatur ex his que in se dicemus.

Ampliatu quinto, vt procedat etiam si litis cepte mentio non fieret per simplicitatem, & ignorantiam, nam adhuc impetratum rescriptum erit surreptitium, ita docuit Bald. in cap. vt lit. pend. Fely. in c. super literis num. 12. in fin. de rescript. conferunt quae supra dixi in casu precedenti num. 27. vbi dixi surreptionem per ignorantiam vitare rescriptum vt ius alterius laedatur.

Ampliatu 6. vt procedat etiam si deinde rescriptum concederetur cum clausula motus proprii adhuc enim surreptitium erit, ita docuit. Iaf. in l. 2. num. 2. c. vt lit. pend. Ruin. conf. 80. in fin. lib. 5. Crauet. responso pro Repub. Sauliani num. 51. & Roland. à Valle conf. 31. in fin. lib. 2.

Limita nunc primo relatum iuris, & doctorum, sententiam non procedere quando à reo rescriptum fuit ea die impetratum, qualis inchoata est, ita declarat Felyn. in c. super literis num. 12. in fin. de rescript. qui subiungit, nisi appareat, quod plena citatio impetrationem praecesserit, quod probare excipientis erit idem Felyn. c. ceterum col. 2. versic. limita quinto de rescript.

Limitatur secundo non procedere quando diu lis est cepta, & ab ea deinde longo temporis intervallo cessatum, ita vt liti renunciatum videatur, tunc impetratum rescriptum nulla illius litis mentione facta, non dicitur surreptitium illi decidit Cassad. decif. 5. vt lit. pend. quo tamen loci recenset pluribus rationibus apud Rotam dubitatum fuisse, & cum Cassad. visus est sentire Gomef. super regula Cancellariae de triennali possessione q. 61. versic. quartus intellectus, & si quo ad casum suum ipse alia adferat.

Limitatur tertio non procedere, cum lis fuit pacta, & conuentione sopita nam illius mentio habenda non est in rescripti impetratione, & per consequentia omitta non redditur rescriptum surreptitium ita in specie respondit Ancharan. conf. 16. col. prima quem secutus est Crauet. conf. 182. num. 4. & conf. 293. num. 10. conferunt quae inf. subijciam de expressione transact. & pacti.

Limitatur quarto, non procedere cum lis fuisset suspensa: ita in specie consuluit Curt. Iun. consilio 184. colum. 2. quem secutus est Crauet. dicto conf. 182. num. 5.

Limitatur quinto, non procedere cum lis est de possessione & rescriptum super causa proprietatis impetratur, tunc necesse est non narrare litem super causa possessionis, id quod ea ratione verum opinor, quia lis super possessione non efficit proprietatem esse litigiosam, cum vnum nihil commune cum altero habeat l. naturaliter. §. nihil commune de acquir. poss. atque ita declaratur cap. 1. & 2. vt lit. pend. & clem. prima eod. vt ibi declarat Bald. & Bartol. in l. 2. c. de litigio, ex tex. auth. litigiosa eod. & Faber dicto §. nihil commune num. 23. Cassad. decif. 4. vt lit. pendente, qui ob id decidit Ordinarium non impediri providere de proprietate beneficij vacantis, & si super illius possessione lis pendeat, & plura similia, congerit Ripa dicto §. nihil commune num. 13. 14. & 15. & Dec. conf. 483. num. 10.

Limitatur sexto, non procedere in causa matrimoniali, in qua litis pendencia non redditur matrimonium litigiosum, vt docuit Bald. in l. Deo nobis numer. 5. c. de Episcop. & Cler. & ob id Bald. secutus in specie nostra respondit Barbatius conf. 46. lib. 2. 17 num. 5. lib. 2. litis pendenciae taciturnitatem in causa matrimoniali non vitare rescriptum, verum ambigit nec iniuria Felyn. in c. ceterum col. 2. versic. Limita tertio de rescript. qui ait, rectè, quod licet in causa matrimoniali sententia non transeat in iudicatum, & ob id illius taciturnitatem non vitare rescriptum, eo quia (vt inf. dicemus) etiam si lata sententia narraretur, ob id tamen non negaret Princeps rescriptum cum ex iuris communis dispositione satisfiat sententiam nihil tribuere, vel auferre, sed diuersum est in litis pendencia, cuius taciturnitas inspecta iudicis persona vitiat, nam ob id iudicis dignitatem laedit; ego ita Felyn. & aliorum opiniones conciliarem, aut impetratum rescriptum laedit solum aduersarium, contra quem impetratur, & tunc quia ius partis non minus laeditur ex litis pendencia, quam ex sententia, quemadmodum taciturnitas sententiae rescriptum non vitiat, ita nec taciturnitas litis: ita procedat Barbat. & aliorum opinio; aut rescriptum laedit dignitatem, vt quia ab eo causa auocatur, vel quid aliud simile impetratur, & tunc taciturnitas, & surreptio hac vitiat: ita procedat Felyn. opinio.

Limitatur septimo, non procedere cum tertius impetrat rescriptum super re, de qua duo alij iam litigant, tunc is tertius necesse non habet narrare litem illorum litigantium, ita respondit Ruin. conf. 61. lib. 5. num. 19. post Oldrad. conf. 299. quidam Hugo: simile est quod videtur decidere Fas. dub. 64. commissio nem non esse surreptitiam, si mentio non fiat pendenciae litis super ead. re inter alios.

Limitatur octauo, non procedere quando Iudex coram quo lis pendebat pronunciauit se iudicem incompetentem, tunc quia lis amplius pendere non dicitur illius taciturnitas non vitiat: ita interrogatus respondit Ancharanus consil. 13. viso processu quem secutus est Felyn. in c. ceterum colum. 3. versic. limita secundo, de rescript.

Limitatur nono, non procedere quando lata est sententia & ab ea appellatum, & iudex à quo procedit, tunc si impetratur rescriptum necesse non est narrare processum quod fecit Iudex à quo, ita Abb. Bur. Card. & Im. in c. dilectae de except. quos secutus est Felyn. d. c. ceterum col. 2. versic. limita quarto, qui ob id affirmant nec etiam narrandam excommunicationem ab illo Iudice à quo prolaram.

Limitatur decimo, non procedere quando eidem Iudici, cui primo causa commissa est per rescriptum deman-

demandatur, tunc secundum hoc rescriptum valet etiam non facta mentione processus: ita Gemin. in c. ex literis de offic. delegat. quem probavit Felyn. in d. c. ceterum col. 2. vers. limita sexto, de rescrip. in quam sententiam adducti sunt auctoritate Rota dec. 4. de rescrip. in antiquioribus, ubi decidit quis dederat obiectos de excessu, & quia non expresserat excessus quantitatem, vel qualitatem per duas sententias fuit exclusus, deinde fuit admissus ad probandum iuxta c. ut circa de elect. in sexto, & licet in impetratione rescripti subtraheretur latas illas duas sententias, attamen quia eidem Iudici causa committebatur rescriptum non fuit pronuntiandum surreptitium, his addo Lamb. conf. 69. quoad primum dubium col. 1. vers. solut. ad primum dubium.

Limitatur vnde non procedere cum causa in eod. statu, & gradu, quo erat coram primo Iudice, 32 committitur secundo tunc non dicitur surreptitium, commissio, etiam si specificè, & punctualiter processus agitur coram primo Iudice non narratur: ita decidit Rot. decif. 5. de rescrip. in antiquis quam secutus est Felyn. dicto c. ceterum col. 3. vers. limita septimo de rescrip. qui intelligit atque subdeclarat duobus modis ut apud eum, illi addo Vant. tractat. nullitatum tit. quibus modis sententia nulla reparetur num. 59. qui alios recenset.

Limitatur duodecimo, non procedere cum impetratur rescriptum subrogationis in lite, & in iur. tunc licet taciturnitas pendencie litis vitiet rescrip. quoad surrogatur in lite non tamen vitiat quoad exoratur in iur. ita decidit Bell. in decif. 115. falsa expressio quem citare voluit Felyn. in d. c. ceterum col. 3. vers. 8. limita.

Limitatur decimo tertio, non procedere quando non narrantur futura etiam eiusdem materiae, super qua dependet: ita respondit Abb. conf. 18. in causa, & q. quem secutus est Felynus d. c. ceterum col. 3. vers. limita decimo de rescrip. ut puta stante lite de fructibus in absentia male perceptis valet impetratio de percipiendis tacita litis pendencia super iam collectis.

RESOLVT. CCCCXLVI.

- 1 Rescriptum ad lites cum impetratur totus ipse processus in substantialibus narrandus est.
- 2 Rescriptum dum impetratur ad lites, causa ipsius litis, & facti narranda est.
- 3 Rescriptum super lite exorta ex contractu iurato dum impetratur iuramentum narrandum est.
- 4 Iudicis arbitrio relinqui, quo qualitates processus narranda sunt in impetratione rescripti ad litem.
- 5 Clausula statum, & merita causae pro sufficienter expressis vis, & effectus.

An rescriptum reddatur surreptitium si tota substantia processus non narratur.

- 1 IN impetratione rescripti ad lites non solum ipsa litis pendencia ex citatione, sed & totus ipse processus, & substantia est narranda dict. glos. cap. super literis, & ibi clarè Boerius numer. 72. imò respondit Roman. conf. 326. in praesenti consultatione col. ult. & post eum Barbat. conf. 46. num. 4. col. 2. lib. 2. & Dec. conf. 531. numer. 2. non solum facti seriem, sed etiam ipsius facti causam esse narrandam, 2 quod intelligit Ancharan. conf. 16. quo ad articulos principales, nec enim singula, & quavis leuia ipsius causae recensenda sunt, & cum Ancharano sensit Barbatia conf. 20. col. 3. lib. 3. Huc spectat, quod in specie nostra respondit Cheslan. conf. 7. num. 69. si impetratur rescriptum super lite exorta, & contractu iurato illius iuramenti mentionem facere de-

bet, atque ita consuliisse Roman. scribit conf. 379. circa primum col. 3. succedit quod si causa est possessoria narrandum quis possidet: ita respondit Soc. sen. conf. 164. col. 2. in fin. lib. 2. & ante eum Bald. conf. 347. quaro quidam nobiles li. 1. confer etiam, quod docuerunt omnes in c. inter monasterium, ubi Abbas num. 24. de re iudic. & Felyn. in cap. certum col. 3. vers. limita nono de refer. non esse necessariam intrinsecam mentionem processus, sed sufficere commemoratiuam, id quod iudicis arbitrio tribuit nempe Hostiens. & Abb. in cap. inter monasterium nu. 24. sunt etiam qualitates ipsius processus, & causae recensende, respondit Dec. conf. 695. num. 29. Soc. Jun. conf. 77. num. 88. lib. 1. qui respondit in impetratione privilegii ex causa, de qua re in sequenti casu, procedit etiam relata doctrina, cum in causa proceditur summarie de plano, & c. ita dicit Bellamer. decif. 338. solet tamen hodie in rescriptis apponi notabilis illa clausula (statum, & merita causae pro sufficienter expressis) quae operari solet, ut rescriptum non vitietur si aliqua ex processu narranda narrata non fuerint, quia illa clausula habet vim specificae narrationis, ita docuit Ang. in l. omnes C. de quadrien. praescript. Butr. conf. 7. latè Rebuff. in concordatis in forma mandati in verbo pro expressis habentes, & in praxi benefici. tit. de subrogationibus num. 12. Vant. tract. nullitatum tit. quibus modis sent. null. repar. num. 59. & Selua tract. de beneficio p. 3. q. 14. numer. 13. & 14. autoritate Rota decifio. 29. de rescript. in nonis, ubi apostilla Vestrinus in sua praxi lib. 3. cap. 9. numer. 8. qui subiicit clausulam hanc nihil operari, cum causa iam erat instructa, quoniam ex stilo solet in rescriptis auocatorijs causarum apponi altera clausula, dummodo causa non sit infirma, & eo loci aliqua arbitrio tribuit.

RESOLVT. CCCCXLVII.

- 1 Ad hoc ut rescriptum non dicatur surreptitium narrandum est coram quo lis pendet, & num. 2.
- 2 In rescripto debet iusta causa narrari.
- 3 Ut causa committatur iustam commissionis causam narrare debet.
- 5 Et de quibuslibet rebus, de quibus in rescripto oportet fieri mentio, ad hoc ut non dicatur surreptitium, vide num. 6. 7.

Ut rescriptum non dicatur surreptitium narrandum est coram quo lis pendet.

- 1 NARRandum est coram quo lis pendet an coram Ecclesiastico, vel temporali iudice, ordinario, vel delegato, ita sensit glos. in capit. prudentiam §. 6. de offic. delegat. & ibi Abb. numer. 5. Barb. consilio 20. column. 3. consil. 46. column. 2. libro tertio Felyn. in capitul. super literis numero duodecimo de rescript. qui post Rotam decif. 24. de rescript. in antiquis, & Fastolum dubio 64. eadem die scribit, non valere commissionem specialem factam in Curia non facta mentione, quod lis alibi pendebat. Hinc decidit Bellam. decif. 45. exceptio, rescriptum committens causam Auditori in curia esse surreptitium, si non est narratum litem pendere in partibus coram domino temporali, etiam si impetrans alias esset persona priuilegiata, ut militabilis, vel vidua. Et hoc in casu cum impetratur causam alibi committi, exprimi, atque narrari debet ista causa, ut puta iudicem coram quo lis pendet, negligentem esse, vel expresse negasse iustitiam administrare: ita Bald. in l. 2. in fin. C. ut lit. pendente, quod verum esse intellexit Felyn. d. cap. super literis num. 12. vers. de iure civili de rescript. quo ad iuris ci.

ris civilis, non autem iuris Canonici constitutiones; confert quod dicit Rot. decis. 61. de rescript. in antiquis quando quis petit alteri, quam ordinario causam committi, ut puta quod in curia committatur iustam commissionis causam narrare debet, ut si diceret timere, quod ab ordinario iustitiam non consequetur, suamque hanc assertionem suo iuramento confirmavit. Hoc tanti erit effectus ut aduersus illa nulla recipietur contraria aduersarii probatio quam sententiam probauit etiam Vetrus in sua praxi libr. 3. cap. 9. numer. 4. & sic loci in additionibus num. 13. dissentire videatur Grauius. Non, ab simile est quod decidit Bellam. decis. 9. commissio gratiosa cum impetratur rescriptum ad examinandos testes, & probationes faciendas extra locum litis & causae, narranda iusta causa, ut puta quod in ciuitate, & loco litis testes illi examinari non possunt, & de veritate allegatae causae constare debet, si ergo, loco litis haberi testes, & recipi probationes possunt, & non exprimitur hoc in precibus rescripti erit surreptitium: Et ratio est, quia calumniosè petere videtur, & si Princeps sciuisset in loco litis probationes fieri potuisse, vere rescriptum non dedisset, quia videtur impetratum ad detrimentum aduersarii, ut maioribus laboribus, & impensis fatigaretur, inest etiam suspicio, ne hic impetrans velit testes examinandos corrumpere; hanc iuris communis sententiam insecuta est noua constitutio Pedemontium titulo delle esaminationi §. 1. quae tunc deum voluit testes extra locum litis posse examinari eum absunt, & ad locum illum litis duci non possunt, de cuius causae veritate constare debet, vel iuramento impetrantis, vel alia probatione, ut iudici aptius, & melius videbitur, sic etiam in interpretatione rescripti ad lites conditio personae priuilegiatae, contra quam rescriptum impetratur narranda est, ut puta si est persona miserabilis, ita scriptum reliquit Staphileus tractat. de literis gratiae, & iustitiae §. post hoc numero 15. post Innocen. in cap. significantis de offic. deleg. idem si est scholaris, contra quem impetratur rescriptum, ita affirmavit Rebuffus tractat. de priuilegijs scholarium priuilegio 91. Quorum doctrina procedit quando Priuilegium harum personarum respicit exceptionem dilatoriam, vel fortè daret formam rescriptis impetrandis, tunc enim haec rescripta surrepticia sunt, nisi faciant mentionem dicti priuilegij, secus cum priuilegium respicit merita causae, tunc necesse est in impetratione illud narrare. Ratio est, quia nullum priuilegiatum praedictum assertur, cum possit de suo priuilegio in meritis causae excipere, ita declarando doctrinam similem Innocen. in cap. cum ordinem de rescript. censuit Rebuffus in praxi beneficiorum tit. differentiae inter rescripta gratiae, & iustitiae num. 22. & conferunt quae paulo infra dicam.

5 Sic si pariter in causa, & lite pendente fuit conclusum in causa, atque ita nil amplius superfit, quam ferre sententiam in ipsius rescripti impetratione narranda est haec conclusio in causa, ita docuit Felyn. in cap. super literis numero 12. versiculo, & vterius amplius de rescript. qui subiungit ex reg. Cancellariae 36. esse hoc definitum cum per eam ordinatum sit expresse, & clare huius conclusionis faciendam esse mentionem. Idem constitutum fuit in dominio Mediolani, ex nouis constitutionibus sub rub. de rescript. §. intimata, est enim constitutum quod si peremptoria transmissa citatione impetretur rescriptum nulla citationis mentione facta, illud rescriptum nihil operetur, ut iudex superfedeat, etiam si superfederi rescriptum sit. Cuius constitutionis ratio videtur, quoniam impetrat calumniosè ad litem protrahendam impetrare creditur, temperat tamen hoc illa consti-

Aloj. Ricc. Prax. Pars III.

tutio, nisi causa sit inappellabilis, vel sit sententia executioni mittenda. Ratio tunc est propter periculum irreparabile, quod quidem impetranti ob hanc taciturnitatem inferri non debet, si tamen (inquit constitutio) his etiam casibus duae citationes peremptoriae transmissae sunt, & earum mentio non fiat iudex rescripto parere non debet. Ratio fortè esse videtur quoniam magna contumacia cum surreptionis vitio concurrat.

6 Sic quoque si lata fuit sententia in causa illius mentio facienda est in huius rescripti interpretatione, ita docuit glos. in capit. super literis in verbo literas de rescriptis, quae in argumento citat. capit. inter dilectos de fide instrum. & l. vlt. C. sentent. rescindi non posse, nec est, qui ab ea dissentiat non erit tamen commissa surreptio, si in nomine iudicis erratum fuit, ita respondit Bald. consilio 341. proposito statuto lib. 5. ubi respondit, quod si lata est sententia ex consilio Sempronij Doctoris, & deinde nomine alterius expresse impetratum est rescriptum non redidit illud surreptitium.

7 Sic ita si iam lata sententia appellatum fuit appellationis mentio facienda est, alias impetratum rescriptum erit surreptitium, capit. ex parte el secundo de resc. ibi omnes capit. bonae de confirm. vtili vel inutili Berous capit. super literis numero 72. versic. sexto debet, de rescript. imò si appellatum ex iusta causa fuit illis casibus, quibus regulariter appellatio non conceditur, ut puta ab executore etiam iusta illa appellandi causa narranda est: ita docuit Abb. in capit. ad nostram in fine de appellat. quem sequutus est Felyn. in d. capit. super literis numero 4. versicul. opinio, & numero 17. de rescriptis, qui plura his similia congeffit, & sic denique si lata sententia in iudicatum pertrahitur rei iudicate omnino facienda est mentio alias impetratum rescriptum surreptitium erit capitulo & posita ubi glos. & Doctor. de arbitr. Felyn. in capitulo super literis numero decimoquarto, & ibi Bero. numero 72. de rescript. alias recenset Crannet. consilio 79. numero secundo quamquam illi ab eo relati in specie hac non loquantur. His addo Barbat. consilio quadragesimo sexto, columna secunda, libro secundo, & consilio vigesimo colum. tertio libro tertio, & Neuiz. consilio trigesimo sexto, numero 13. Ratio est, quia res indicata pro veritate habetur, quae suo rescripto euertere Princeps velle non creditur l. causas C. de transact.

RESOLVT. CCCCXLVIII.

- 1 Opposita exceptione obreptionis contra Principis rescriptum in eius executione super sedendum est quousque per sententiam terminetur.
- 2 Clausula si praesens veritate mutatur semper subintelligitur in rescripto Principis, quod procedit etiam si rescriptum contineat excommunicationem latae sententiae num. 3.
- 4 Expenditur textus in l. et si non cognitio C. si contra ius vel vilit. public.
- 5 Intelligitur textus in l. sicut propter C. de re iudicata.
- 6 Assignatur vera concordia inter textum in l. et si non cognitio, & in l. et si ut proponis.
- 7 Ampliantur supradicta etiam si prauius informatione impetretur a Principe rescriptum.

An opposita exceptione obreptionis contra Principis rescriptum in eius executione super sedendum sit quousque dicta exceptio terminetur per sententiam.

Solet saepe in inferioribus iudicijs, & aliquando in maioribus dubitari an supponatur exceptio obreptionis, vel surreptionis contra Principis rescriptum

T

scriptum etiam si iam illud per Cancellariam transisset super sedendum sit in eius effectu quousque dicta exceptio per sententiam terminetur, & extitit iudicatum multoties quod super sedendum foret.

Quæ sententiæ sunt iuri conformes, & possunt ex eo fulciri, quia in Principis rescripto semper subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur cap. 2. de rescriptis l. præscriptione C. si contra ius vel util. public. optime Mascard. de probationibus libro 3. conclus. 1211. & probat. Valasc. consult. 163. num. 3. quæ clausula sub intellectu a iure est tanti effectus, quod si res aliter se habeat quam præsupponat mens Summi Pontificis, aut Principis semper super sedendum in executione per iudicem, cui rescriptum dirigitur ex textu in cap. postulasti eodem titulo de rescriptis, & cum multis alijs, de quibus plene per Menoch. de arbit. libro 2. casu 202. per totum, quibus addo Sanchez de matrim. lib. 7. tit. de dispensationibus quæst. 21.

Et hoc adeo verum est, quod quantuncunque Pontifex præcisè scribat, & rescriptum contineat excommunicationem lata sententiæ, illa tacita conditio, si preces veritate nitantur tenet eam in suspensio, ut singulariter consuluit Ancharanus consilio 275. incipit per prædicta subtiliter tradit in specie Doctissimus Lusitanus Pinellus in rubr. Cod. de rescind. vend. l. parte capitul. 2. numero 28. Crauetta cons. 79. libro primo. Xuar. in l. post rem iudicatam notabili 9. num. 4. & Pedemontana decis. 86. Felyn. in cap. si quando num. 8. de rescript. Auiles de pretoribus capitulo primo, num. 23. in fine optime Gail. practic. libro primo obseruat. 9. numero primo cum sequentibus.

Et est etiam textus in l. etsi non cognitio C. si contra ius vel util. public. in illis verbis de omni negotio cognoscatur, ex quo text. aperte intelligitur, quod is cui committitur executio potest cognoscere de viribus precum, & inquirere, an aliquid fuerit informationis vitium, ut ita executio impediatur, quem textum nimis commendat Paulus in l. si Prator. num. 8. ff. de iudicijs Bart. in l. a Diuo Pio num. 4. ff. de iudic. Panor. in cap. de ceter. extra eodem tit. & singularem dixit Ias. in dict. leg. etsi non cognitio, & se alibi nescire in utroque iure reperire sed reperitur similis in leg. secunda circa finem C. de dilationibus, ut aduertit Pinellus in d. l. 2. in rubr. n. 28.

Cui non officit textus, qui videbatur ex diametro contrarius in leg. si ut proponis C. de executione rei iudicatæ, ubi habetur, quod cui committitur executio alicuius rescripti non censetur denegata cognitio quod multis distinctionibus prosequitur Bar. receptus in l. a Diuo Pio in princ. not. 4. ff. re iudic.

Sed vera resolutio est, quod textus iste procedit quando præcedente causæ cognitione fuit commissa alicui executio, at vero in d. l. etsi non cognitio non præcessit dict. causæ cognitio, sed ad solas impetran- tis preces rescriptum emanauit, & ideo censetur executori demandata cognitio causæ, ut aduertitur Ias. & Paul. & Pin. ubi supra.

Hæc autem supra dicta amplianda sunt, ut si hodie prævia informatione impetretur a Principe rescriptum, per quod iubeat, ut detentus in vinculis datis fideiusoribus releuetur a Carceribus si tamen pars opponat contra dictum rescriptum de obreptione, donec terminetur dicta exceptio, non debet a carcere relaxari, ut decisum fuit in multis causis; quod confirmari potest ex textu in leg. 1. §. proinde, ibi ob falsum creditum, vel ob falsam allegationem missus quis est in possessionem, non debet ei hoc edictum prodesse si, ne vis fiat ei.

PRAXIS SYNODI EPISCOPALIS.

RESOLVT. CCCCXLIX.

- 1 Regulariter congregatio synodi spectat ad Episcopum.
- 2 Congregatio generalis concilij ad solum Papam pertinet.
- 3 Congregatio synodi provincialis spectat ad Archiepiscopum.
- 4 Episcopus non debet petere licentiam a suo Archiepiscopo pro congreganda synodo.

An Episcopus pro congreganda sua synodo teneatur petere licentiam a suo Archiepiscopo.

Regulariter congregatio synodi spectat ad Episcopum in eius diocesi c. Episcopus 18. dist. ubi ita not. Car. Alexan. in principio, & est text. etiam in c. si. ead. dist. & notat gl. si. quam ibi in si. sequitur Archid. in c. propter Ecclesiasticos ead. dist. not. etiam Host. in summa in tit. de constit. §. si quis possit ver. legemdam Episcopalia. Imo. in c. graue col. penul. vers. circ. textum de præben. facit quoque quod congregatio generalis concilij ad solum Papam pertinet c. liceat c. synodum c. reg. 17. dist. & congreg. synodi provincialis spectat ad Archiepiscopum c. si Episcopus, & c. si quis Episcoporum, ubi Alex. 18. dist. c. sicut §. præterea de elect. etiam sine auctoritate primatis c. de concilijs ea dist. facit quod not. Innoc. in c. irrefragabili vers. sed quæro de offic. ord. ubi dicit quod si Episcopus interuenit in c. ut Episcopus, conuocatio capituli pertinet ad eum, facit insuper quod notat idem Inno. & ceteri c. 1. de maior. & obed. ubi dicunt congregationem capituli Ecclesiæ particularis pertinere ad eum, qui est maioris dignitatis, sed Episcopus est maior omnibus in suo Episcopatu, ergo ad eum debet spectare congregatio synodi, facit etiam, quod not. Alex. in d. c. si quis Episcoporum 18. dist. & in cap. reg. 17. dist. ubi post Bart. in l. de decurionibus libr. 10. quem ibi sequitur Ioan. de Pla. in princ. dicit, quod ad magistrum seu rectorem ciuitatis spectat renouare Concilium, seu adunantiam ciuitatis, quod si non congregetur synodus per Episcopum non erit dicenda synodus, sed potius conuenticula, seu conciliabulum argumento cap. multis 17. dist. ubi synodus generalis congregata per alium, quam per Papam ita appellatur, facit etiam, quod ferriæ non merentur dici ferriæ quæ indicuntur ab illo, qui eas non potest indicare l. a nullo C. de ferijs, & sententia nulla cap. fin. de re iud. in 6. l. 4. §. condemnatum ff. de damno infecto: propterea Episcopus non debet petere licentiam a suo Archiepiscopo pro congreganda sua synodo: ut dicit gloss. in summa 17. dist. quam ibi sequitur Archid. col. 1. Alexan. col. 11. vers. nota 2. & est alia gloss. in verbo concilia in c. propter Ecclesiasticas 18. dist. & hoc not. Host. in summa de constit. §. primo allegato vers. item Episcopus. Imol. in d. c. graue col. 7. ratio iuris potest esse, quia Episcopus facit synodum in sua diocesi ex iuris dispositione auctore Turrec. in summa 15. dist. facit pro prædictis, quia Metropolitanus potest celebrare suam synodum sine auctoritate Primatis gloss. in verbo Metropolitanus in c. de Concilijs, ubi Archid. & Car. Alex. col. 1. 18. dist. & notat gloss. in d. summa 17. dist. ubi omnes, Innoc. in c. graue col. 1. de præben. quem ibi referunt, & sequuntur Ioan. Andr. & ceteri.

RESOLVT. CCCCXL.

- 1 Archiepiscopus non potest congregare synodum antequam receperit pallium.
- 2 Archiepiscopus accipit plenitudinem potestatis per receptionem pallij.

3 Epi-